praefata consortis suae haereditaria videlicet duos lanos agri
in granitiebus pratorum Moszczyska ad Capitaneatum praemi-
sliensem pertinentes excepta quarta agri nuncupata Oblinieska(?)
Nec non laboriosos Lorens et Jacub filium in lanco agri
in Stakoszczyku(?) villa Strzeleczyska residentes, ac stagnum
nuncupatum Puskarski una cum piscina ante domum ple-
banalem ibidem in Stakoszczyku(?) villa Strzeleczyska
cum omni iure dominio proprietate, ac cum omnibus et singulis
eorundem bonorum attinentiis, pertinentiis fructibus censibus pro-
ventibus atque utilitatibus generaliter universis quibuscunque dicendis
nominibus et cognominibus, nil sibi successoribus in eisdem bo-
nis reservando et excipiendo iam ex nunc ad tempora vitae utro-
rumque extrema inscribit obligat et invadiat. Dans et admit-
tens eisdem Skopowskim in bona praefata realem intromissionem et
actualem pacificamque possessionem per ministerialem terrestrem quemcunque
per ipsos Stanislaum patrem et Christophorum filium Skopow-
skie bona praefata cum omni uti praemissum est iure dominio
proprietate tenendum habendum possidendum, pro usuque suo et suc-
cessorum suorum beneplacito convertendum, usque ad tempora
vitae ipsorum patris cum filio extrema. Post mortem
vero ipsorum amborum bona praefata per ipsos possessa
ad ipsam Generosam Barbaram de Strzeleczyska vel illius suc-
cessores sine quavis contradictione successorum praefatorum Sko-
powskieg devolventur et devolvi debent. Tenebiturque
praefatus Generosus Joannes Boratinski ac se et suos successores
super omnibus bonis suis obligat eosdem Stanislaum pa-
trem et Christophorum filium eius Skopowskie in bonis prae-
fatis ab omni quavis impetitione iuridica quarumlibet
personarum propinquarum et remotarum status sexus et
conditionis cuiusvis existentium. Nec non ab omnibus et singulis
iuribus oneribus inscriptionibus prioribus et posterioribus
debitis vinculis reformationibus advitalitatibusque cuiuscunque
personarum factis et fiendis, evictionibus conventionibus, Zueris(?)
productis de quibusvis processibus iuris in bona praefata
importatis et importandis, productis et producendis tociens quotiens
opus fuerit tueri defendere eximere et liberare protegere
bonaque praedicta munda et libera facere sub damnis tene-
stabunt ad simplicem verbi assertionem sine corporali iu-
ramento taxandis. Praeterea praefatus Joannes Boratinski
se et successores suos super omnibus bonis suis inscribit et
obligat praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria
praemisliensia ad decursum unius anni in hac vel meliori forma
verborum transferre transportare. Et ibidem pro eodem
tempore eam transportatam inscriptionem partis praefatam
Generosam Barbaram de Strzeleczyska consortem suam cum duobus
amicis ipsius de linea patrina proximioribus ad praefata

acta terrestria praemisliensia adducere et statuere. Quae statuta
tenebitur cum consensu eorundem amicorum inscriptionem praesentem
in omnibus eius conditionibus punctis clausulis approbare rati-
ficare et confirmare, similemque recognitionem facere sub similibus
damnis tenetur ad simplicem verbi assertionem sine corporali
iuramento taxandis per ipsumque Joannem Boratinski et illius suc-
cessores in defectu praemissorum tam in toto quam in parte com-
pletionis eisdem Skopowskim luendis et ad solvendum tociens
quotiens opus fuerit succumbendis. Pro quibus quidem damnis
tenendis praefatus recognoscens cum suis successoribus citatus
extra a iure foro suis propriis quibusvis recedendo coram Ca-
strensi Capitaneali praemisliensi officio cui se actus praesentis
respectu cum omnibus bonis et successoribus suis subiicit in pri-
mo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respon-
dere ac pro praefatis damnis tenetur ab officio non recedendo
sub aliis similibus damnis Omnibus quaecunque industria
humana parantur, exceptionibus, contradictionibus praescripti-
onibus, suspensionibus, motionibus appellationibus remotionibusque
assignationibus, ad quietationem dilationem non petendo, vera vel sim-
plici infirmationibus. Actionis pro maiori bono quibusvis rega-
libus, statutis et constitutionibus quibusvis lauendis(?) et
laudandis, bello, colloquio, conventione generali vel particulari
expeditione bellica, servitio militari et expeditione sine
Sacra Regiae Maiestatis absentia a regno ac aliis quibusvis
legalibus impedimentis, poena trium marcarum et triplici poe-
na ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque remediis qui-
bus se praefatus Joannes Boratinski cum succes-
soribus suis uti habere nunc tali remotis et in partem recipientis(?)
satisfacere cum suis successoribus tociens quotiens opus fuerit
tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Nowosieczczi divisionem facient.

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus praemisliensibus Nobiles Andreas olim(?) Iwo(?)
Pasko et Iwasko Nowosieczczi olim Nobilis Iwan Nowosieczki fi-
lii et successores legittimi in Nowosieczi haeredes a iure suo terrestri
recedendo, sese cum bonis et successoribus suis omnibus iurisdictioni
praesenti Castrensi praemisliensi quo ad actum effectumque inscripti-
onis praesentis attinet incorporando et subiiciendo mente et corpore sani
existentes quod per expressumque recognoverunt et quilibet il-
lorum pro suo interesse seorsim recognovit. Quia sese et suos suc-
cessores super omnibus bonis suis haereditariis et obligationibus mobili-
bus et immobilibus sibi invicem mutuo alius omnes uno et unus
omnibus inscribunt obligant et invadiant, bona sua haereditaria

videlicet totam et integram sortem in villa et haereditate Nowosie-
lce ipsius per Nobilem Joannem Nowosielski patrem condescensam
ac per eos pro nunc coniunctim et indivisim possessam videlicet
agrorum curialium et cmetonalium, nec non aedificiorum
curiarum et cmetonum omnium sortis eorum in eadem villa No-
wosielce sic prout ex antiquis temporibus bonorum praefatorum
omnium erant possessores in aequalem divisionem mittere ita
ut unus supra alium in bonis praefatis nil minus vel plus
a modernis temporibus habeat in hunc sequentem modum. Quod
praefatus Andreas Nowosielski frater eorum senior tenebitur
prout iam ex nunc praesentibus inscribit bona omnia praefa-
ta in villa Nowosielce prout superius … ad fe-
stum sancti Nicolai proxime venturum in quatuor par-
tes seu sortes aequaliter dividere. In qua divisione tali
per ipsum facta bonorum praefatorum Nobilis Nicolaus frater
iunior primam sortem recipere debebit, alteram vero sortem
Nobilis Wasko, tertiam vero Nobilis Olexa. Quartam
vero et ultimam sortem ipsemet Andreas recipere debebit.
Quam quidem divisionem taliter per ipsum Andream factam
ac per ipsos fratres per sortem prout cuilibet divisione
ceciderit acceptam ipsi fratres contenti esse (quilibet eorum)
tenebuntur. Et eadem bona prout cuilibet eorum divisione
ceciderit tenebunt cum omni iure dominio ac proprietate et
cum omnibus eorum attinentiis pertinentiis fructibus proventi-
bus utilitatibusque universis a granitiebus ad granities
inscribuntque se et suos successores in omnibus bonis suis iidem
Olexa Wasko et Nicolaus eidem Andreae et eius successoribus
huiusmodi divisionem tunc dum per ipsum peragetur gratas
et submissas … quovis modo …
… immo tam in toto quam in minima parte facien-
dam admittere. Nihilominus cmetones et subditos omnes
ad faciendam et exequendam mensuram omnium agrorum
tam curialium quam cmetonalium idem Andreas concedere
… ad finalem decisionem praemissorum … ad-
mittere. Praeterea inscribunt et submittunt se unus cum suis
successoribus huiusmodi divisionem per ipsum Andream factam
per ipsosque fratres eius sic prout cuilibet eorum divisione
ceciderit in usum et possessionem receptam coram officio et actis
… castrensibus Premisliensibus in duabus septimanis proxime
… post festum proxime nunc instans sancti
Nicolai recognoscere. Et quod tamen praescriptis tempori-
bus tenebunt, ad actaque terrestria Premisliensia ad decursum
anni … transportabunt vadio centum marcarum pecuniae
monetae polonicalis, id roborationemque omnia in praesenti inscriptione con-
tenta et specificata tam in toto quam in minima parte ipsi

Andreas Olexa Wasko et Nicolaus Nowosielscy sibi et suis suc-
cessoribus super omnibus bonis suis unus alio omnes uno unus
omnibus inscribunt et obligant facere complere exequi et invi-
olabiliter observare sub vadio centum marcarum pecuniae monetae
polonicalis. Insuper etiam praefati Nowosielscy se sibi invicem
et mutuo cum successoribus super omnibus bonis suis obligant et in-
scribunt praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Pre-
misliensia ad decursum unius anni transferre transportare
similemque vel si opus fuerit meliorem exequendam facere sub
vadio simili centum marcarum pecuniae monetae polonicalis. Pro quo qui-
dem vadio seu vadiis sibi unus alio omnes uno unus omni-
bus cum successoribus eorum praemissorum non completorum citare
permiserit extunc a iure foro suis propriis quibusvis
recedendo coram castrensi capitaneali Premisliensium officio
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere
respondere, ac pro praefato vadio seu vadiis omnibus quae-
cunque industria humana parantur exceptionibus contro-
versiis, praescriptionibus, suspensionibus, motionibus, appel-
lationibus earumque prosequutionibus, ad quietationem dilationem non
petendo statutis et constitutionibus quibusvis novis et ve-
teribus laudatis et laudandis, literis regalibus, vera vel si-
mplici inscriptionibus actionis pro maiori, poena trium marcarum
et triplici poena, legalibus quibusvis impedimentis ac
aliis omnibus pendentibus dilationibus iuris quaeque remotis et motis et
in partem victis satisfacere cum suis successoribus quae parti-
bus pro quo opus fuerit tenebitur. Nulla praescriptione terre-
stri in praemissis obstante.

Actum in Castro Premislien vigore laudi co-
foederatione per omnes Status et ordines Pallatinatus Russiae post
discessum è regno Poloniae Serenissimi Henrici Dei grã Regis Polo-
5/X. niae et Leopoli fact Warsauiaeque approbatae feria tertia post
festum sancti Michaelis Archangeli proxima. Anno domini mil-
lesimo quingentesimo septuagesimo quarto. Coram Gnoso Victorino Koval-
ski Vicecapitaneo officio et actis.

Bromowski cum Ligeza

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus
Premisliensibus Nobilis Nicolaus Bromowski de Obrazow a iu-
re foro suis propriis quibusvis recedendo seque cum bonis et suc-
cessoribus et suis omnibus iurisdictioni praesenti castrensi Pre-
misliensi quoad infrascripta tantum attendit incorporandum innitendum
subiiciensque mente et corpore sanus existens publice praeexpressisque
recognovit, quia se et suos successores super omnibus bonis suis
haereditariis et obligatis mobilibus et immobilibus nunc habitis